

2864 basis marmorea effossa a. 1858 Praeneste in aedibus Aloysii Arena iuxta n. 2867 CIC. Extat in iisdem aedibus nunc Cialdea.

F O R T V N A E
P R I M I G E N I A E
E X · V O T O
D · P O B L I C I V S
5 C O M I C V S
M A N C E P S · A E D I S
P E R · A N N O S · X I I I

P O B L I C I A · Q V I N T A · F
F R E S I D I A · P A L M Y R I S · V X O R ·
10 C E L L A R E I S
A M O E N O ·
D I O N Y S I O ·
L I N O ·

Recognovi. P. H. Visconti *Giornale di Roma* 25 Sept. 1858, unde *La Civiltà cattolica* ser. IV tom. 1 (1859) p. 227; Cicerchia ms. et in epistula data d. 3. Oct. 1858, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1859 p. 22. Legitur etiam in actis ministerii pontificii mercatorum:

10 seq. Henzeno iudice (*bull.* l. c. p. 24) significatur, titulum positum esse cum cellarii essent servi tres, Amoenus, Dionysius, Linus. Sed titulus vix est eius aetatis qua *cellareis* scribebatur pro *cellariis*.

2865 fragmentum tabulae marmoreae SMET. Praeneste ante magnam aedem in platea BVD., ante cathedralem ecclesiam ad fontem SMET., ante templum prope fontem PIGH. Praeneste *così rotta si ritrova, et vi è due volte la dedicatione in due bassi* LIG. (Neap.), hoc fraude. — Romae HERMOLAVS. — Tibure ad fontem LIPS. errore.

F O R T V N A E · P R I M I G E N I A E
S I G N V M · L I B E R I S · P A
P A N T H E I · C V M · S V I S · P A R E R G I S
E T · C V P I D I N E S · I I · C V M · S V I S · L Y C H N V C H I S · E T
5 M · P O P I L I V S · M · F · T R O P H I U M
P O P I L I A · C H R E S T E · L I B · E T · A T I L I

Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83'; Smetius ms. Neap. p. 102 (inde Manutius orth. 617, 10), apud Waelscapplium f. 57, ed. 30, 3 (inde Grut. 77, 3), ubi dicit se vidisse; Pighius cod. musei f. 28; Ligorius ms. Neap. lib. 35 p. 211 duo exempla exhibet, alterum levi tantum interpolatione aspersum, alterum interpolatum et suppletum, denuo ms. Taur. vol. 14; Borghini ms. p. 143; Lipsius ms. f. 17'; Ciacconius cod. Oliv. f. 9; cod. Hannov. IX, 664 n. 185. Multo antea solos vv. 3. 4 ediderat Hermolaus Barbarus Plinianae castigationes secundae (Romae 1493) ad Plin. lib. 34 c. 3 sect. 8, 14 (inde Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 17 c. 6). E Grutero Suaresius Praen. p. 44 (ex hoc Vulpi 9 p. 123. 124); Ceconi p. 186 (qui male praeter Gruterum et eius exscriptores citat Mazochium p. 93); Petrini p. 299 n. 15.

Variam lectionem dedi Budaei Smetii Pighii Borghinii, denique Ligorii Neapolitani ad id exemplum quod ipse fuisse vult mutilum; alterum exemplum interpolatione suppletum neglexi.

1 PRIMIGENIAE Bud. Smet. Borgh., PRIMIGENIAE Pigh., PRIMIGENIAE Lig. — 2 LIBERIS omnes; videtur corrigendum esse LIBERI et deinde supplendum *pātris*; nisi mavis cogitare de *Liberio Spa...* praeterea ignoto. — PA Bud. Smet. Pigh. Borgh., PAT Lig. — 3 PA Bud., PAR Smet. Pigh. Borgh., PAREGEIS Lig. (ut Hermolaus); de supplemento cf. Corp. X, 6102 v. 11. — 4 LYCHNVCHIS ET Borgh., LYCHNVCHISEI Bud., LYCHNVCHIS Smet. Pigh., LYCHNVCHIS Lig. (ut Hermolaus). — 5 TROPHIUM Lig. — 6 ATILII Bud. Smet. Pigh., AT Lig., ATILLI Borgh. — Supplementa arbitraria, ex parte etiam perversa (v. 3 *par[eg]eis*], 4 *lychnuchis* [et *lucerna larum*], 6 *atili[o filio]*) addidit Smetius ed. (non ms.); quae repetita a Grutero ab huius exscriptoribus plerumque exhibentur ut lecta in lapide. — Ligorius in exemplo interpolato v. 2 fin. habet PATRON, 4 LYCHNIS, 6. 7 ATILIA | VERNA·SVA·V·S·L·M (haec ex parte ut supplementa adscripta sunt in Smetii ms. Neap.).

Male cum hoc titulo coniungunt inscriptionem quae hodie quoque legitur in latere basis n. 2856 Pighius (cod. mus.) et Smetius (ed., non ms.).

2866 cippus magnus litteris non valde bonis METELL., parva basis SMETIVS (ms.), *stèle de marbre blanc* FOVCART. Praeneste ad porticum Fortunae IVCVND.; in palatio episcopi SMETIVS; in eodem pariete ubi n. 2852 METELL.; *nella canonica dietro alla cisterna* COLUMNNA. Extat retro *la canonica vecchia ora magazzino, infissa come sostegno di un pilastro colla fronte rivolta al cortile.*

F O R T V N A E
P R I M I G E N I A E
L · R V F I N V S
A E D I L · C V R V L
5 V · S

Descripsit Stevenson. Iucundus Ver. f. 168, Magl. f. 110 (ex Iucundo P. Sabinus cod. Marc. f. 246'); Smetius ms. Neap. p. 103, apud Waelscapplium f. 57, ed. 30, 12 (inde Grut. 75, 11; ex hoc Suaresius Praen. p. 43 et Petrini p. 303 n. 26; ex Suaresio Vulpi 9, 122); Metellus Vat. 6040 f. 43; Pighius cod. Luz. p. 90, cod. musei f. 28; Ligorius ms. Neap. lib. 35 p. 212 et interpolatam p. 213; Manutius orth. 687, 15 (inde Ligorius ms. Taur. vol. 14 et 15); Panvinius Vat. 6035 f. 1'; Columnna ms. f. 164; Borghini ms. p. 145; Anonymus Barberinianus f. 246; Ceconi p. 55; Foucart, qui vidit, *revue archéologique* nov. ser. vol. 9 (1864) p. 210.

V. 5 humi latentem non vidit Stevenson. — V·S·L Manut. — In fine hos duos versus CVM RVFINA | TERTVLLA addit Lig. Neap. p. 213.

Romae in villa Albania extat cippus marmoreus incertae originis hic (editus huius Corp. vol. VI n. 191): FORTVNAE | OBSEQVENTI | L·RVFINVS | V·S·, quem qui posuit *L. Rufinus* vix est diversus ab eo qui posuit titulum hunc Praenestinum.

2867 basis marmorea quae statuum sustinuit. Rep. Praeneste mense Martio 1856, cum fundamenta domus (*via delle Monache*) iacit Aloysius Arena. (Eodem loco postea prodierunt n. 2864. 2903. 2992, non longe inde n. 2869). Extat in eisdem aedibus nunc Cialdea.

L · S A R I O L E N V S
N A E V I V S · F A S T V S
C O N S V L A R I S
V T · T R I V I A M I N I V N O N A R I O
5 V T · I N P R O N A O A E D I S
S T A T V A M A N T O N I N I A V G V S T
A P O L L I N I S I S I T Y C H E S S P E I
I T A E T H A N C M I N E R V A M
F O R T V N A E P R I M I G E N I A E
10 D O N O · D E D I T
C V M · A R A

Recognovi. Cicerchia ms. et in epistula data 26. Mart. 1856, unde repetivit Henzen *ann. inst. arch.* 1855 p. 85 adhibito ectypo. Legitur etiam in actis ministerii pontificii mercatorum.

L. Sariolemus Naevius Fastus consularis, ut Triviam in Iunonario, ut in pronao aedis statuum [statuas debuit esse] Antonini August(i), Apollinis, Isityches, Spei, ita et hanc Minervam Fortunae Primigeniae dono dedit cum ara. — [3 *consularis* sic perscriptum non honorem significat, sed cognomen est pariter atque *Fastus* et cum hoc nescio quomodo coniunctum. TH. M.] Cf. infra n. 2924. — 6 Antoninus Augustus potest esse Pius. — 7 *Isityche* mihi numen creditur conflatum ex Iside et Fortuna. *Isityche* cognomen muliebre est huius corporis vol. X, 2197.